

FLORA.

65. Jahrgang.

N^o. 19.

Regensburg, 1. Juli

1882.

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. — Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XV.

371. Cl. Dr. Nylander in Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 5 (1868) genus *Dichodium* condidit quod absolute idem est ac genus *Physma* Massal. Neag. p. 8 (1854). — *Physma* Mass. dein a cl. Dr. Körber in Parerg. p. 408 infauste dissimili *Lempholemmati* substitutum fuit, a quo, praeter alia, structura thalli, sc. epidermide seriebus pluribus minute cellulosa differt. Körberi genus *Lempholemma* ergo servari debet et Nylander *Dichodium* delendum est.

372. *Leptogiopsis* Müll. Arg. gen. nov. Thalli structura et apothecia exacte ut in vulgatissimo *Leptogio tremelloide*, sed spora ambitu angustae simpliciter transversim divisae, nec parenchymaticae.

Leptogiopsis adpressa; *Leptogium adpressum* Nyl. in Flora 1858 p. 338, Syn. p. 131. Crescit truncicola in Mexico prope Orizaba (ex Nyl. l. c.), sed in sched. specim. mei a cl. detectore (Fred. Mueller) lecti legitur: Vera Cruz.

Leptogiopsis reticulata; *Leptogium reticulatum* Montgn. in Ann. sc. nat. ser. 2. vol. 16, p. 113, et Syllog. p. 378; Nyl. Syn. p. 124; Leight. Lich. Amazon. p. 436, t. 56, fig. 2, (spor. 5-sept.). — In Guyana gallica: Leprieur n. 630 (specim. meum sterile

Flora 1882.

19

tantum, sed sporae ex icone cl. Leight. l. c. notae sunt), et in monte andino-quitensi Abitagua: Spruce n. 3.

Leptogiopsis Brebissonii; *Leptogium Brebissonii* Montg. Canar. p. 130 (1840), et Syllog. p. 378; *Collema ruginosum* Schaer. Enum. p. 251 (1850); *Synechoblastus ruginosus* Hepp Flecht. Eur. n. 421 c. icone, Korb. Par. p. 420. — In Syn. Lich. p. 128 a cl. Nyland. infauste cum simili at diversissimo *Leptogio chloromelo* commixtum. — In Gallia occidentali, in Canariis et in Corsica.

Leptogiopsis chloromeloides; *Leptogium chloromeloides* Nyl. Lich. Natal. p. 4. — Ad Port Natal.

373. *Leptogium fallax* Müll. Arg. Habitus et crescendi modus ut in *Leptogio inflexo* sed thallus magis fuscus, et siccus undique crebre sed minute rugulosus, subtus nudus, nec tomentellus, laciniae parvulae, margine adscendentes, undulatae; apothecia juniora ut in *L. tremelloide*, mox dorso rugoso- et tuberculoso-aspera, demum 1—3-plo majora dorsoque foliolis ampliusculis discretis (ut in *L. inflexo*) ornata; sporae in ascis longis angustis vulgo uniseriales, rhomboideae, utrinque acuminatae, 30—37 μ longae, 12—15 μ latae, consueto more divisae. — Apothecia minora ut in *L. subbullato* Krph. in Graeffe p. 95, sed demum longe majora et thallus multo magis microphyllinus. — *L. denticulatum* Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 524 jam sporis multo minoribus et thallo laevi differt. Est verisimiliter *Collema Burgessii* Bel. Voy. Ind. or. Bot. p. 129, non Ach. — In insula Java pluries lectum est (Junghuhn et alii).

β . *sublaeve*; margo apotheciorum fere omnino laevis, obsolete verruculosus v. obsolete ruguloso-scaber, demum ferrugineus. — A *L. diaphano* differt thallo non laevi, margine non denticulato et sporis majoribus. — Java (hb. lugd. bat.).

γ . *congestum*; thallus magis microphyllinus, lobi numerosi, adscendentes, sicci more praecedentium rugulosi, lobuli exigui, pro parte dense congesto-caespitosi. — Apothecia non visa. — Java (hb. lugd. bat.).

374. *Leptogium tremelloides* Fries f. *isidiosa* Müll. Arg. Thalli laciniae supra et hinc inde ad margines caespitose subfoliaceo-isidiellae (et parce tantum fructiferae). — Inter muscos crescens ad Parametta in Nova Hollandia (Dr. Wools), et in insula Java (hb. lugd. bot.).

375. *Synechoblastus microcarpus* Müll. Arg. Thallus parvulus, subrigidus, irregulariter divisus, laciniae incisae, ultimae adscendentes et fusco-nigricantes, feracissimae, partes latiores magis

centrales multo pallidiores, argillaceo-fuscescentes (fere ut in *Physmate byrsino* Mass.) et steriles, omnes dense et acute sublongitrorsum plicati, ultimae apotheciis fere omnino tecti: gonidia concatenata; apothecia creberrima, $\frac{1}{6}$ — $\frac{1}{4}$ mm. lata, quoad formam similia iis *Collematis microphylli*, sed minora magisque fusco-nigricantia, evoluta medio concava et latiuscule obtuse marginata; sporae in ascis cylindricis octonae, 100—110 μ longae, 4—4 $\frac{1}{2}$ μ latae, circ. 18-septatae, undulato-flexuosae, altero latere longe sensim angustatae, articuli (ultimis longioribus exceptis) saepius paullo longiores quam lati. — Sporae pro genere longissimae et multoties divisae in apotheciis e contra pro genere valde exiguis. — Crescit ad truncos muscosos prope Toowoomba, Queensland, in Nova Hollandia orientali, a cl. Hartmann lectus et ab ill. Ferd. v. Mueller communicatus.

376. *Synechoblastus javanicus* Müll. Arg. Thallus ut in *S. nigrescente* Anz., sed minor et minus regulariter longitrorsum plicatus, plicis caeterum alte prominentibus, plumbeus, dein fere usque ad marginem pallido v. nonnihil flavescenti-olivaceus, subtus plumbeo-pallidior; apothecia 1—1 $\frac{2}{3}$ mm. lata, in rugis thalli sessilia, late et obtuse marginata, margo vix prominens, disco carneo-fusco v. pallide fusco paullo obscurior; asci 8-spori; sporae in ascis leviter contortae, 4 loculares, 24—28 μ longae, 2 $\frac{1}{2}$ —3 μ latae, biclavato-vermiformes, utrinque obtusae et utramque extremitatem versus distincte crassiores. — Sporarum ambitu ad mauritianum *S. Robilliardi* Müll. Arg. accedit, sed sporae tantum 4-loculares, angustiores et thallus aliter coloratus est. — Ad corticem muscosum in Insula Java (hb. lugd. bat.).

Cum hoc ibidem crescit *Synechoblastus nigrescens* β *caesius*, sc. *Collema nigrescens* β *caesium* Ach. Syn. p. 321, s. *Collema nigrescens* v. *leucopepla* Tuck. Gen. p. 92, quam etiam e Teneriffa et ex America septentrionali coram habeo.

377. *Baeomyces auratus* Nyl. f. *polycephala*; podetia apice confertim ramulosa et cymoso v. botryoso-polycephala. — Sporae in ascis angustis 8—12 μ longae, 2 $\frac{1}{2}$ —4 $\frac{1}{2}$ μ latae. — In Java cum f. *genuina* speciei et cum *B. crenulato* Nyl. v. *subsessili*, s. *Biatora crenulata* v. *subsessili* Montg. et v. d. Bosch Lich. Jav. p. 33.

378. *Cladonia Ferdinandi* Müll. Arg. Podetia erecta, 5—8 cm. alta, ampla, cava, hinc inde late hiantia, parietibus undique clathratim perforata, dilatato-compressa, simplicia, tota longitudine ramis subunilateralibus patentibus superne latioribus et

explanatis varie incisis et creberrime clathratis ornata; partes superiores juniores stramineo-flavicantes, reliquae albidae omnes laevigatae; ramilli ultimi exigui ustulato-paucimucronulati. Apothecia ignota. — Nulli nisi *C. retiporae* Flk. affinis, sed ramificatio omnino alia, non dichotoma, caules et rami omnes dilatati, hi subsecundi, quasi dilatato-thyrsoidei, non erecti. Est nobilissimus Lichen Novae Hollandiae, primo intuitu, si excipias parietes clathratim perfossos, *Cl. rangiferinam* v. *pyncocladam* bene referens, quem grato animo celeberrimo exploratori et coactori Florae australiensis dicavi. — Crescit terricola prope Esperance-Bay Hollandiae austro-occidentalis: Baron Ferd. v. Müller.

379. *Cladonia Sullivani* Müll. Arg. Thallus horizontalis nullus; podetia undique stramineo-ochroleuca, 1—1½-pollicaria, cartilaginea, brevissime tomentello-aspera, undique sat crebre perforata, erecta, arrecto-breviramea, rami obtusi, abbreviatim 3—4-apiculati. Apothecia evoluta ignota. — Prima fronte *Cladoniam stellatam* v. *obtusatam* refert, sed undique aperturis oblongis perforata est et inter *Cl. aggregatam* Eschw. et *Cl. retiporam* Flk. locanda est. Species insignis. — In Novae Hollandiae montibus Grampians leg. cl. D. Sullivan n. 10, cum *Synechoblasto leucocarpo*, sc. *Collemate leucocarpo* Tayl. Antarct. p. 144 (comm. ill. F. v. Mueller).

380. *Cladonia degenerans* v. *javanica*; *Cladonia polyphylla* Montg. & v. d. Bosch in Montg. Syll. p. 336 et Lich. Jav. p. 31, a cl. Nyl. Syn. p. 196 infauste ad *Cl. fimbriatam* v. *coniocraeam* relata. — Podetia parvula, macrophyllina, primum undique cartilagineo-corticata et talia remanentia v. etiam superne demum granulato-aspera v. leviter pulverulenta (fere ut in *Cl. ochrochlora*), bene evoluta dein basi distanter corticato-verrucosa. Apothecia ludunt, vulgo valde exigua, stipitata et similia iis *Cl. furcatae* ut jam monuit cl. Montg., sed clare e scypho evanescente orta sunt, sc. podetia superne infra apothecia paullo dilatata, v. etiam scyphis quasi ruptis abbreviato-cymuligera sunt, unde affinitas vera cum *Cl. degenerante* nec cum *Cl. furcata* clare elucet. — Haec var. caeterum cum speciminibus parvulis sterilibus *Cl. fimbriatae* v. *antilopaeae* (*Cenomyces antilopaeae* Del. in Duby Bot. Gall. p. 626) s. *Cenomyces Boryanae* Del. mixtis olim a cl. v. d. Bosch distributa fuit (specimen tale ex hb. Hampeano habeo). — *Cladonia squamosa* v. *squamosissima* b *Javanica* Hepp in Zoll. Syst. Verz. p. 5, et Montg. & v. d. Bosch Lich. Jav.

p. 30 [Zoll. n. 858, hb. Müll.] insuper exacte eadem est ac *Cl. polyphylla* Montg. et v. d. Bosch. — In insula Java: Jungh., Zolling.

— — v. *Junghuhniana*; *Cladonia Junghuhniana* Montg. et v. d. Bosch Lich. Jav. p. 30, pr. p; *Cladonia degenerans* f. *gracilescens* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 9 (secund. specim. Lindig. n. 1511 in meo hb.), non Flk. Podetia gracilentia, laevia, vix obsolete corticato-puncticulata, nuda, demum superne granulata, scyphi breviter proliferi, fere usque ad basin v. brevius divisi, radii apotheciis parvis terminati v. apothecia in margine subsessilia. — Tenuitate et superficie laevi recedit a *Clad. degenerantis* v. *euphorea* Flk. Clad. p. 43. — In insula Java: Jungh., in Tarti: Vieillard, et in Nova Granata: Lindig n. 2511.

— — v. *pleuroclada* Müll. Arg., podetia circ. pollicaria, undique laevia, albicantia, superne squamulis paucis ornata aut nuda, a medio v. altius lateraliter fastigiatim racemoso-breviramea, apice in scyphum integrum (sterilem) abeuntia, rami simplices, 4—6 mm. longi, ut apex podetiorum scyphigeri. — Affinis *Cl. degenerantis* v. *anomaeae* Flk. — Crescit in montibus Parametta et Grampians Novae Hollandiae (comm. F. v. Mueller).

381. *Cladonia furcata* v. *hians* Müll. Arg. Omnia ut in *Cl. furcata* v. *corymbosa* Nyl., sed podetia undique sparse foliolosa, superne hinc inde exasperata et cymulae rami valde rigidule divergenti-recurvi v. recurvo-patentes et apothecia pallida. Podetia superne ut et rami uno latere valde longitrorsum hiantes. — Crescit ad Parametta in Nova Hollandia orientali: Woolls.

— — v. *tenuicaulis* Müll. Arg. Podetia circ. 1—1½ poll. alta, superne parce ramosa, tenuia, ½—⅔ mm. crassa, foliosa, laevia, inferne praesertim decorticato-subfarinosa, rami angustati et foliosi; foliola anguste inciso-lobata, horizontaliter patentia, majuscula, subtus alba, axillae clausae v. subclausae; apothecia tantum ¼—⅓ mm. lata, pallida. — A *Cl. furcata* v. *polyphylla* differt tenuitate et superficie podetiorum et minutie apotheciorum. — In Novae Hollandiae orient. monte Parametta: Dr. Woolls (ab ill. Dr. F. v. Muell. commun.).

— — v. *asperata* Müll. Arg. Podetia suberecta, subfastigiatim ramosa et undique modice squamulosa, superne cortice varie rupto et fatiscente denudato-chondroidea et varie exasperata v. pro parte pulverulenta; ramuli steriles longius subulato-acuminati, fertiles apice graciliter cymoso-microcarpi. — Est quasi var. *surrecta* validior et ubique plus minusve foliosa v. etiam

var. *racemosa* exasperata. — Crescit in Nova Hollandia, ad Scalers Cove (ex hb. Hamp.), in Mt. Wellington (specim. Sieb.), ad Twofold Bay (White), ad Illawarra in New South Wales (Kirton), et insuper prope Valdiviam lectam habeo ex hb. Hamp.

— — v. *subsquamosa* Müll. Arg. Podetia albida, circ. 6—8 cm. alta, superne $1\frac{1}{2}$ —2 mm. crassa, basi tenuiora, racemosim breviter ramosa, ad axillas late aperta et spinuloso-cristata, sublacera, apice cymoso-fertilia aut in ramos subulato-attenuatos bifurcatos abeuntia, superne laevigato-corticata, caeterum undique laceratim subminute squamulosa, quasi desquamescendo-decorticiantia, ramilli ultimi apotheciigeri numerosi et corticati. — Est varietas valde insignis podetia offerens late hiantia ut in *Cl. crispata* (quae antem scyphifera et a *Cl. furcata* absolute diversa est), et fere tota longitudine partim decorticata (ut in *Cl. squamosa*), sed apothecia et summitates steriles ut in *Cl. furcata*. Haec arctissimum affinitatem inter *Cl. furcatam* et *Cl. squamosam* clare demonstrat. — Crescit ad Illawarra in Nova Hollandia austro-orientali: Kirton (a cl. F. v. Müll. commun.).

— — v. *cancellata* Müll. Arg. Omnino eadem ac var. *subsquamosa* (praecedens), sed ramilli apotheciigeri decorticati, irregulariter convexi et cancellatim fissi et pertusi. — Eodem loco ac praecedens: Kirton.

— — v. *gracillima* Müll. Arg. Podetia circ. 6—7 cm. alta, erecta, dichotome ramosa, circ. $\frac{2}{3}$ mm. tantum crassa, albida, fere tota longitudine (more *Cl. pellastae* sed crebrius) albo-punctata, i. e. incomplete decorticata, ramuli erecti, attenuati, eodem more corticati v. hinc inde continue corticati et tum magis virentes v. etiam subpulverulenti, axillae clausae; apothecia ignota. — A proxima *Cl. furcata* v. *surrecta* Flk., quacum mixtim crescit, differt podetiis tenuioribus et magis regulariter corticato-punctatis, vix distincte nisi inferne hinc inde rudimentarie squamuloso-asperis. Etiam *Cl. pellasticam* Nyl. sterilem fere refert, sed podetia ut in *Cl. pellasta* Spr, corticata, a qua jam modo ramificationis recedit. Habitu prima fronte distinctam speciem simulat at extremitates haud paucae *Cl. furcatae* formam clare trahunt. — Ad Illawarra in Nova Hollandia austro-orientali: Kirton (comm. ill. F. v. Mueller).

— — v. *filiformis* Müll. Arg. Thalli laciniae parvulae, oblongatae, inciso-lobatae et crenulatae, parcae; podetia circ. pollicaria, undique albida, intertexto-subcaespitosa, pluries dicto-

tome divergenter v. divaricatim ramosa, tenuia, $\frac{1}{2}$ mm. lata, superne tenuiora, praeter ramulos ultimos sensim valde angustatos laevigatos undique crebre disrupto-granulosa. — Affinis *Cl. jungentis* v. *foliosae*, sed non est foliolosa, tenuior et peculiariter crebre verruculosa. Forte eadem ac *Cladonia pertriosa* Krphl. Neuer Beitr. z. Flechtenfl. Australiens p. 3. — In insula Java: Molkenb.

382. *Cladonia xanthoclada* Müll. Arg. Thallus horizontalis haud visus; podetia circ. semipollicaria, rigidula sed tenella, diametro vix $\frac{1}{2}$ mm. aequantia, varie curvata, adscendentia, subsimplicia, superne divergenter racemosim breviramulosa, tota cum ramulis rigidule divergentibus virenti-straminea, nuda v. basi parce et minute squamulosa, continue corticata et laevia, inferne (ut in *Cl. degenerante*) cortice incompleto gbuloso-disuncto et demum decolorando-pinerascente verruculosa. Apothecia exigua, breviter stipitata, fusca; epithecium fuscescens; sporae 9—11 μ longae, $2\frac{1}{2}$ —3 μ latae. — A proxima *Cl. capitellata* Babingt. Lich. of New Zeal. p. 33, t. 130 fig. B habitu tenello, ramis squarroso-divergentibus undique stramineis et ambitu sporarum multo angustiore differt. Podetia subsimilia iis erythrocarpicae *Cl. gracilentae* Tuck. — Ad King Georges Sound Novae Hollandiae orient. muscis subiustratam leg. cl. Harris (ab ill. F. v. Muell. comm.).

383. *Cladonia ochrochlora* Flk. v. *spadicea* Müll. Arg. Podetia 1—2 cm. tantum alta, simplicia v. subverticillatim ramosa, tenella, attenuato-acuminata, superne e nigrescente spadiceo-pulverulenta, infra medium viridi-fusca et laevia, inferne parce foliolosa, apice sterilia aut angustissime minute scyphifera. — Forma analoga *Cl. ochrochlorae* v. *ceratodi* Flk. Clad. p. 77, sed parva, basi foliolosa et superne spadiceo-obscura. Etiam *Cl. brachynae* Ach. nonnihil accedens, sed ramuli superne pulverulenti sunt. — In Nova Hollandia orientali ad Twofold Bay: Tyr. White Esq. (a cl. F. v. Muell. comm.).

384. *Cladonia pyxidata* Fr. v. *macrophylla* Müll. Arg. Thalli lacinae amplae, 3—5 mm. latae, obtuse crenato- v. inciso-lobatae, imbricatae, supra caesio-virides, subtus albae, tenuiusculae; podetia vix semipollicaria, anguste cylindrica et macrophyllina, verrucosa, abrupte in scyphos hemisphaerico-cupulares extus pro parte v. superne mox undique decorticatos, caeterum subsparsae verrucoso-granulosos margine inciso-crenatos (steriles)

abeuntia. — Forma insignis est. — In insula balearica Mayorca prope Collège de Lluch: am. Barbey-Boissier.

385. *Cladonia symphylicarpa*; *Cenomyce symphylicarpa* Ach. Lich. Univ. p. 568. — Pulchre ad pedem montis Salevae minoris in aridis sabulosis.

— — v. *squamulosa*, podetia mediocriter v. minute foliaceo-squamosa. — Cum f. genuina speciei et similiter fertilis ad pedem Salevae minoris. — Est species pulchre distincta. Thallus et fructificatio ut in proxima *Cl. cariosa*, podetia corticata ut in *Cl. gracili*.

386. *Cladonia erythromelana* Müll. Arg. Thallus horizontalis valide evolutus, 1–2 cm. longus et longior, elongato-sublineari-divisus, rigidus, laciniae supra concaviusculae et verrucoso-asperae, olivaceo-fuscescentes, subtus convexae, pallidae et inferne nigrescentes, demum undique obscuratae, nudaе; podetia $1\frac{1}{2}$ – $2\frac{1}{2}$ cm. longa, tenuia, $1\frac{1}{4}$ – $1\frac{3}{4}$ mm. crassa, rigidula, cylindrica, non scyphifera, tota longitudine valide cartilagineo-corticata et quasi depresso-verruculosa et squamulis majusculis lacinulatis et crenatis plus minusve ornata, apice confertim pluries divisa et conglomerato-polycephala; apothecia coccinea, mox nigricantia, parvula, intus rubro fusca. Sporae non evolutae. — Habitus podetiorum ut in *Cl. degenerante*, corticatio ut in *Cl. cervicorni* et *Cl. verticillata*, sed thallus rigidus verruculosus multo magis evolutus fere ut in *Cl. alcicorni*, at angustius lacinulatus et apothecia omnino alia. Juxta proximam *Cl. symphorizam* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 535 locanda est, cui habitu bene accedit, sed thallo multo magis evoluto rigido verruculoso et podetiis valide corticatis ab ea differt. — Crescit in terra sabulosa prope Rio de Janeiro: Glaziov n. 12327.

387. *Cladonia cornucopioides* Fr. v. *foliosa* Müll. Arg. Podetia $\frac{1}{2}$ – $1\frac{1}{2}$ cm. longa, apice latius v. saepius angustius scyphifera, verrucoso-scaberrima, et undique foliosa. — Eadem fere est ac *Cl. cornucopioides* v. *humilis* (*Cenomyce coccifera* β *humilis* Del. in Duby Bot. gall. p. 632), sed dense foliosa et podetia superne minus late scyphifera. A formis minoribus *Cl. bellidiflorae* superficie primum non laevigata et colore podetiorum recedit. — In siderolithico-sabulosis montis Salève, cum comparata var. et cum *Cl. cornucopioide* v. *pleurota*.

388. *Cladonia muscicola* Eschw. Bras. p. 262, v. *polydactyloides*; sterilis v. substerilis, podetia vulgo semel v. rarius bis tri-dichotome ramosa v. furcata, ramuli subulato-acuminati. — Forma

analogia est *Cl. macilentae* v. *polydactylae* Fr. — Hic etiam pertinent *Cladoniae adpersae* Montg. et v. d. Bosch Lich. Jav. p. 30 specimina copiosa sterilia aut tantum spermogonifera, nunquam scyphifera, cornuto-ramosa, et valida, sed alia specimina tenuiora (haud erythrocarpica), quae hinc inde scyphis angustis clausis (margine cornuto-radiantibus) ornata sunt, a cl. Nyl. (Syn. p. 209) infauste ad *Cl. squamosam*, a cl. Tuckerm. autem (Gen. p. 147) recte ad *Cl. fimbriatam* relata fuerunt. — Crescit in insula Java; Junghuhn et alii, in Ceylonia (Thwaites, qui sub *Cl. Floerkeana* v. *bacillari* misit), prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 5634 pr. p., et prope Caracas: Dr. Ernst n. 7 pr. p.

389. *Eumitria* Stirt. in Scottish Naturalist for July 1881 nec a genere *Usnea* distincta, nec in hoc genere sub sectionis titulo servanda est. Character enim distinctivus constantia caret, nec quidem specificus est. Stratum sub cortice situm non semper rufum est (quod caeterum nullius momenti generici) et albidum video in specimine Astrolabiano n. 31, e Van Diemensland, ubi axis centro late cavus est; cavitas insuper in „*Usnea densirostrata* Tayl.“ e Montevideo nunc omnino deest, nunc in parte inferiore caulium manifestissima occurrit (cum cellulis laxissimis arachnoideis in centro), quum in parte superiore eorundem speciminum desit, sc. textura in centro densissime homoganeo-cellularis. In ejusdem fragmento caulis, e media altitudine secto apice clare *Usneam*, basi evidentissime *Eumitriam* Stirt. video. Genus novum *Eumitria* ergo, etiamsi primo intuitu satis plausibile, necessarie recusandum est.

390. *Usnea barbata* Fr. v. *asperrima* Müll. Arg. Thallus 5—7 cm. longus, erectus, patule et divergenter ramosus, rami subhorizontaliter et crebre breviter ramilligeri, cum ramillis teretibus, rigiduli et superne longe attenuati, omnes cum ipsis ramillis crebre tuberculiformi-papilloso v. subspinuloso-papilloso et olivacei, papillae obtusae vertice subefflorescentes; stratum sub cortice sanguineo-rufum v. puniceum; apothecia ignota. — Habitus medium tenet inter *Usneam barbata* v. *cornutata* et v. *strigosa*; centrum axeos cavum et arachnoideo-celluligerum. — Characteres pulchre adsunt *Eumitriae* Stirt. — Corticola prope Illawara in New South-Wales Australiae: Kirton (misit cel. F. v. Mueller).

391. *Usnea barbata* Fr. v. *tasmanica* Müll. Arg. Similis *U. barbata* v. *cornutata*, undique crebre papilloso-aspera v. hinc inde tenuiter subspinuloso-papillosa, rami varie ramosi, nudi v. parce

v. dense fibrilloso-ramilligeri, juniores flavescenti-cinerei, dein magis obscurati v. rufo-fuscescentes, sub cortice albid; chorda centralis ramorum et caulium mox centro late cava et laxe arachnoideo-celluligera; apothecia ignota. — Crescit corticola in Van Diemensland s. Tasmania: Astrolabe n. 31.

392. *Ramalina testudinaria* Nyl. (Recogn. Ram. p. 10) v. *intermedia* Müll. Arg. Laciniae primariae circ. 4 cm. longae, 5—3 mm. latae, in sectione undique teretiusculae, caeterum undique acutius angulosae et foveolato- et plano-impressae, superne subinde brevi spatio 3-plo latiores v. undique aequales. — In California (specim. Nyl. sub nomine alieno in hb. meo).

— v. *humilis* Müll. Arg. Thalli laciniae $2\frac{1}{2}$ —3 cm. longae, undique in sectione teretiusculae et crebre alveolato-impressae, steriles subulatae et arcuatae, fertiles lineares et magis rectae, firmae. — In californica insula Guadeloupe: Balmer (in hb. Müll. a cl. Willey benevole commun.).

Tota species a *R. homalea*, praeter superficiem valde inaequalem in eo differt, quod laciniae eo teretiores fiunt quo angustiores occurrunt, in *R. homalea* autem, quae multo ramosior, etiam ultimae saepeque angustissimae laciniae complanatae sunt. *R. Ceruchis*, quae australior, statu sterili laciniis offert superne longiusculo tractu omnino teretes et laeves et firmiores, subsimiles iis *Neuropogonis melaxanthi*.

393. *Stictina retigera*, (s. *Sticta retigera* Ach.) f. *isidiosa*. Thallus in rugarum jugis et hinc inde in marginibus crebre isidiosus v. isidioso-squamuligerus. — Analoga est *Stictae pulmonaceae* v. *papillari* Del. — In insula Java [ubi etiam forma normalis speciei: Zolling. n. 3627], fertilis: Junghuhn; in Ceylonia: Nietner; in Nepalia: Wallich; in insula Borbonia, plaine des Cafres: Richard.

394. *Stictina Junghuhniana* Müll. Arg., *Sticta fragillima* v. *subpunctulata* Nyl. ap. Leight. Lich. Ceyl. n. 24. Habitus ut in *Sticta damascorni*, laciniae superne pinnatilobae, lobi ultimi retusi; tota supra undique sat copiose impresso-fossiculata, impressiones orbiculares, $1-1\frac{1}{2}$ mm. latae, subtus medio tomento denso obscure fusco vestita, caeterum minus dense et brevius tecta et ochraceo-pallens, pseudocypHELLIS albis emersis planis $\frac{1}{2}$ —1 mm. latis sat copiosis ornata, supra pallide fusca, subopaca; apothecia marginalia et sparsa, laxe sessilia, grasse marginata, evoluta $2\frac{1}{4}$ —3 mm. lata, vulgo minora, juniora margine grossiuscule crebre verrucoso-aspero v. subinde sphinctroideo-

plicato et dorso subinde albescenti-hispido, caeterum subferrugineo cincta; discus fuscus; sporae nondum bene evolutae circ. $25\ \mu$ longae et $8\ \mu$ latae, late fusiformes, hyalinae et 2-loculares. — A *St. fragillima* jam apotheciis rigide marginatis laxe sessilibus (nec arcte adpressis) et pseudocyphellis duplo majoribus differt. *St. dissimilis* et *St. faveolata* similiter differunt. Proxime autem ad *Stictinam Beccarii*, s. *Stictam Beccarii* Krph. Lich. Becc. Born. p. 11 accedit sed haec subtus longe copiosius et magis atro-rufu-vestita et more *Stictae dichotomae* divisa est. — In insula Java: Junghuhn, in Ceylonia: Thwaites, et in eadem insula in monte Poondeloya: Nietner (omnia in hb. meo).

— v. *laevis* Müll. Arg. Paulo minor, supra undique laevis v. raro obsolete impresso-puncticulata. — Reliqua bene cum specie quadrant. — Crescit in Ceyloniae montanis cum forma genuina speciei, altit. circ. 6000-pedali: Nietner.

395. *Stictina diplomorpha* Müll. Arg. Habitus inferne *St. dissimilem* vel *St. Junghuhnianam* β *laevem* simulat, superne autem *Stictam stenophyllam* fere refert, parvula, supra laevis, pallide fuscescens, subtus ochraceo-pallida et glabra v. prope centrum fusco-furfuracea v. parce pubescens, pseudocyphellis albis exiguis ornata; laciniae inferne latiusculae, superne irregulariter dichotome lineari-laciniatae, lacinulae 1—2 mm. latae, apice divergenter bifidae, subconcaevae, subtus convexulae et ad divisiones nonnihil opuntioideo-contractae; apothecia marginalia, 1—2 mm. lata, laxe sessilia, juniora margine crasso dorso nonnihil verruculoso pallidiore cincta, evoluta tenuiter v. vix marginata, fusca; sporae fusiformes, $45\ \mu$ longae, $8\ \mu$ latae, 4-loculares, demum fuscescentes. — Crescit in Ceylonia, unde cum *St. Junghuhniana* mixtam benevole misit cl. Thwaites.

396. *Stictina cyphellulata* Müll. Arg. Thallus basi stipite semicylindrico 1—2 mm tantum longo praeditus, subadscendens, flabellatim lineari-multipartitus, laciniae primariae pinnatipartitae. parte rhachiali 2—3 mm. latae, lacinulae depauperatopinnatilobae, apice rotundato-obtusae, cum laciniiis supra late concavae, margine subincurvae, plumbeo-cinereae et laeves, ad margines crebre et minute fusco- v. coerulescenti-isidioideae, subtus convexae, fuscae, v. e cinnamomeo fuscae, tomentosae et sat copiose at minute cyphellatae; cyphellae hemisphaericae, basi $\frac{3}{20}$ mm. tantum latae, ore connivente anguste apertae, crasse marginatae, caeterum satis concavae; gonimia violacea; apothecia sparsa, non marginalia, sessilia, $1\frac{1}{2}$ —2 mm. lata,

plana, carneo-fulva, pallidius marginata, margo tenuis et obsolete tuberculatus, extus glaber; sporae evolutae non visae. — Margo laciniarum ut in *St. quercizans*, sed cyphellae valde exiguae et habitus alienus, praeter colorem potius illum *Stictiae damaecornis* referens. — Ad truncos muscosos ad Bellenden; in Ker Range territorii Queensland Novae Hollandiae orient.: Karsten n. 48 pr. p.

397. *Stictina quercizans* Nyl. v. *appendiculata* Müll. Arg. Thallus tenuisculus, fuscescens, laevis, profunde pinnatilobus, lobi irregulariter lobulati, in marginibus praesertim superne minute coralloidei et lobulis exiguis obovatis vix 1 mm. longis appendiculati; tomentum paginae inferioris crassum, nigricans; gonimia violacea. — Est tenuior et magis divisa quam *St. quercizans* v. *schizophylliza* Nyl. — In Norfolk Island, inter *Stictinam dissimilem* et *Stictam prolificantem* Nyl.

— v. *ciliata* Müll. Arg. Omnia ut in planta vulgatissima normali speciei, sed margines laciniarum (more *Stictinae fimbriatae*) pilis excedentibus radiantibus obscure fuscis v. nigricantibus ciliati. — In Mexico prope Orizabam cum forma genuina mixta: Fred. Mueller, et prope Caracas: Dr. Ernst n. 93 pr. p.

398. *Stictina brevipes* Müll. Arg. Thallus breviter stipitatus, stipes basi disciformis, circ. 3—4 mm. longus, obliquus, cylindricus, apice oblique in frondem inclinatam ambitu reniformem palmatim 5-partitam (non-sectam) abiens, lacinae 2 cm. longae, obovatae, bifidae, lacinulae obtusae et obtuse crenato-subtrilobae, ad margines v. etiam et secus marginem continue crasse nigrescenti-sorediosae et hinc inde marginem versus sorediis orbicularibus pulviniformibus ornatae, pagina superior plumbea et laevis, inferior marginem versus pallida, caeterum e pallido rufescens v. basi nigricans, vix distincte pulveraceo-tomentella et hinc inde subdistincte costulata, minute urceolari-cyphellata. Gonimia generis. Apothecia ignota. — Nulli nisi *Stictinae Pel-tigerellae* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 19 affinis et subsimilis, sed plumbea, aliter sorediata, subtus aliter vestita. — In Nova Hollandia: F. v. Mueller n. 4.

399. *Stictina marginifera* Nyl. v. *coralloides* Müll. Arg. Thalli margines v. ejusdem lobuli superiores crebre et longe subcoralloideo-lacinuligeri, lacinulae e basi dendroideo-ramosae, subteretes, nonnihil nodulosae, haud strictae, nonnihil plumbeae. — In Novae Caledoniae monte Mu: Vieillard.

400. *Stictina neocaledonica* Müll. Arg. Thallus vix mediocris, supra glauco-pallescent, subtus argillaceo-ochraceus, basi distincte fusco-stipitatus et crassior, lineari-laciniat, laciniae membranaceo-tenuis, anguste pinnatifidae, inferne subtus costatae et magis obscuratae, lacinulae lobatae, divisiones supra laeves et glabrae, subtus brevissime tomentellae, secus marginem glabrae, minute urceolari-cyphellatae, cyphellae anguste apertae, pallidius limbatae; gonidia coerulea v. violacea, demum pro parte e glomerulis secedentia. Apothecia ignota. — Species valde distincta. Supra et subtus specimina parvula (circ. 3—4 cm. alta) *Stictae hypopsiloidis* Nyl. simulat (facies infera similis etiam in *Sticta lineariloba* v. *hypopsila*, ubi laciniae magis aequaliter lineares) sed est *Stictina* nec *Sticta*. Juxta *St. marginiferam* quae longe crassior, coriacea, locanda est. — In silvis montanis Novae Caledoniae: cl. Vieillard n. 4 (1866 lect.).

401. *Stictina longipes* Müll. Arg. Thallus stipite circ. pollicari supra late canaliculato subtus semitereti $2\frac{1}{2}$ mm. lato praeditus, flabellatim multidivisus, laciniae irregulariter di-trichotomae, lacinulae apice inaequaliter bilobae v. bifidae, totae supra laeves et pallide flavescendo-fuscescentes, subplanae, subtus ochraceo-flavicantes et glabrae, minute innato-urceolari-cyphellatae, cyphellae in fundo obscurae; gonimia coerulescentia; apothecia marginalia et sparsa, parvula, 1 mm. lata, plana, nana, adpressa, rubescenti-fusca, margine tenuissimo integro pallidiore cincta; sporae evolutae non visae. — Juxta *S. neocaledonicam* locanda est, sed flavicans et longe pedunculata, margines laciniarum paullo incurvi et exasperati. — Crescit prope Valdiviam (ex hb. Hamp. habui).

402. *Sticta Camarae* Müll. Arg. Omnino habitu et magnitudine laciniarum similis *St. dichotomae* et supra etiam undique laevis, sed tota pallidior, subtus ochraceo-pallida et longe brevius et pallidius vestita, inferne subtus subcinnamea, cyphellae duplo minores et thalli basis leviter stipitiformi-angustata. Gonidia ut in affinis. Apothecia ignota. — Inter *St. dichotomoidem* et *St. dichotomam* locanda. — Ad Richmond River, New South Wales Novae Hollandiae: cl. Camara (ab ill. F. v. Muell. commun.).

403. *Sticta stenophylla* Müll. Arg. Thallus parvus, 2—4 cm. longus, pallide fuscescens, undique lineari-divisus, laciniae bipinnatifidae, laciniae et lacinulae circ. $1-1\frac{2}{3}$ mm. latae, subflexuoso-curvatae et approximativim divisae, supra planae,

superficie aequales et laeves, subtus undique glabrae v. vix perspicue tomentellae et undique sparsim et minute albo-pseudocyphellatae. Gonidia generis. Apothecia ignota. — Habitu nonnihil ad *Stictam dissimulatam* v. *multifidam* Nyl. Syn. p. 363 accedit, sed minor est, aliter divisa, supra laevis et aequalis et glabra. Superficies infra ut in *St. hypopsiloide*, sed glabrior et pseudocyphellis ornata. — In Monte Mu Novae Caledoniae: cl. Vieillard (1866 lect.).

404. *Sticta aurata* Ach. v. *microphylla* Müll. Arg. Laciniae thalli tantum circ. 2—15 (—20) mm. longae, saepe vix longiores quam latae, crenato- v. inciso-lobatae, margine subincurvo et subundulato copiose limbato-sorediigeræ. — Corticola crescit ad Toowoomba in Australia orientali: Hartm.

405. *Sticta poculifera* Müll. Arg. Habitus omnino ut in forma vulgari substerili ad margines sorediosa *Stictæ auratæ* Ach.; thallus sublaevis, supra minute pilosus, laciniae ad margines subincurvae et subeorallino-sorediigeræ, subtus pallidae, flavescenti-albidae v. -rubricosae, fere glabrae et prominenter rugulosae, pseudocyphellis citrinis exiguis praeditae, intus citrinae; gonidia globosa, laete viridia; apothecia poculiformia, basi modice angustiora, multo altiora quam lata, superne tubulosa, non horizontaliter dilatata, dorso verruculosa, in ipso margine erecto et integro sorediosa, $2\frac{1}{2}$ mm. lata, discus fusco-rubescens; sporae in ascis octonae, 18—21 μ longae, 6—7 μ latae, fuscescentes, 2—4-loculares. — A proxima *St. aurata* differt praesertim forma apotheciorum, pagina inferiore thalli et sporis minoribus. — In summo monte Gower in Lord Howc's Island Australia: chev. de Camera (ab ill. F. v. Muell. comm.).

406. *Sticta Borneti* Müll. Arg. Thalli laciniae rigidae, pinatifidae, sinus rotundati, lobi obtuse anguloso-paucisinuati, apice emarginati, facies supera cervino-fuscescens, nitidula, late scrobiculosa, inferior subbullata, versus margines ochraceo-pallens et subglabra, caeterum breviter fusco-tomentosa et pseudocyphellis exiguis intense citrinis ornata; gonidia diametro 5—8 μ aequantia; apothecia marginalia, laxe sessilia, juniora in marginibus copiosa et capituliformia, argillacea et obsolete verruculosa, evoluta 2— $2\frac{1}{2}$ mm. lata, atra v. fusco-atra, margine demum tenui pallidiore et integro cincta; sporae fuscae, late fusiformes, 4-loculares, 24 μ longae et 9 μ latae. — Prope *St. glauculuridam* et *St. orygmaceam* locanda. — In Nova Zelandia ad

truncos putrescentes, rara ut videtur, jam anno 1827 a cl. d'Urville reportata (unde a cl. Dr. Bornet communicatam habeo.).

407. *Sticta hypoleuca* Müll. Arg. Subsimilis *St. dissimili*, supra tamen glauco-pallens, laciniae breviuscule dichotome lobatae, laeves v. hincinde leviter scrobiculato-inaequales, late concavae, subtus praeter basim nigrescenti-furfuraceam undique nitidule ochroleuco-albidae et glabrae, undique cyphellis destitutae (ut in brasiliensi *Ricasolia glaberrima* De Not.); margines laeves, haud proliferi, sinus laciniarum et loborum rotundati; apothecia marginalia, evoluta 3 mm. lata, pedicellata, dorso foveolato-impressa, caeterum nuda, plana, rubella, margine tenui pallidiori integro cincta; sporae hyalinae, 4-loculares, fusiformes, utrinque acutae, 33—37 μ longae, 10 μ latae. — Juxta affinem *St. astictam* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 17 locanda est. — Prope Bellenden in territorio Queensland Novae Hollandiae (ab ill. F. v. Muell. missa).

408. *Peltigera rufescens* Hoffm. Fl. Germ. 2, p. 107, var. *vulnerata* Müll. Arg. Thallus quam in forma genuina speciei minor, 1—3½ cm. latus, supra sparse late soredioso-ulceratus, quasi orbillas 1—3 mm. latas decorticas soredioso-coerulescenti- v. caesio- v. demum dealbato-pulverulentas gerens, subtus albidus et praeter centrum aut basin longiuscule albidorhizinosus. — Forma insignis, certe hujus speciei et cum forma genuina speciei copiose ibidem crescente mixtim obvia, praeter soredia cum junioribus plantis formae genuinae habitu, forma, colore et consistentia et vestimento utriusque paginae exacte conveniens. — Habitu valde ad *P. leptodermam* Nyl. et *P. ulceratam* Americae meridionalis accedit, sed pagina inferior longe et sat dense rhizinosa. — Crescit ad pedem montis Salève, loco sabuloso humidiusculo et muscoso cum *P. rufescente* normali, *P. aphthosa*, *P. horizontali* et *P. venosa*, nec non prope Rossau in agro turicensi, ubi cl. Dr. Hegetschweiler eam jam anno 1865 legit, apothecio immixto *Physciae*, unde Lichen dein a diversis generice distinctus et sub novo at inedito nomine salutatus fuit. Gonidia enim portiunculae thallinae, apothecio observato adhaerentis (orig. nunc in meo herb. servato) ab iis *Peltigerarum* absolute differunt et ab iis *Physciae* non recedunt. — Analoga est *P. caninae* β *spuria* b *sorediatae* Tuck. North. Americ. Lich. p. 109, recenter editae (excl. syn. Schaer.).

Obs. *Peltigera horizontalis* b *sorediata* Schaer. Enum. p. 21 (fide specim. Prostan. in hb. Schaer.), *P. polydactyla* γ *scutata*

b *sorediata* Schaer. l. c. p. 21 (fide specim. Del. in hb. Schaer.) et *P. canina* γ *spuria* b *sorediata* Schaer. l. c. p. 21, (fide specim. Lamyan.) inter se non differunt et cum *Peltidea limbata* Del., s. *Peltigera scuta* β *propagulifera* Fw., thallo supra primum distincte verruculoso-granuloso recognescenda perfecte congruunt. Tria haec nomina ergo delenda sunt.

409. *Parmelia ochroleuca* Müll. Arg. Thallus monophyllus, mediocris, adpressus, hinc inde radiatim plicatus, inciso-lobatus, tota superficie margine ipso excepto crebre rugulosus, ochroleucus, primum albido-flavicans, dein magis virens, subtilis niger et parce rhizinosus, marginem versus spadiceo-pallens et glaber, intus albus; laciniae adplanatae, tenues, breves, late obtusae, crenulatae; soredia multa; apothecia demum 6 mm. lata, in centro thalli numerosa, conferta et eo minora quod magis a centro remota, margo tenuis, incurvus, demum valde angustus, semper integer; receptaculum dorso semper laeve; sporae 15—19 μ longae, oblongo-ellipsoideae. — A proxima *P. caperata* differt thallo multo minus rigido, magis adpresso, praeter peripheriam plagam continuam formans, apotheciis aliter sitis et tenuius marginatis et dorso semper laevibus. — Prope Illawarra in Novae Hollandiae regione New South Wales: cl. Kirton n. 1 (ab ill. F. v. Muell. miss.).

(Fortsetzung folgt.)

Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

31. Čelakovský, L.: Zur Kritik der Ansichten von der Fruchtschuppe der Abietineen. Prag, 1882. S. A.
32. Zwanziger, G. A.: Braunkohlenpflanzen von Trifail.
33. Zwanziger, G. A.: Neue Funde von Tertiärpflanzen aus den Cypridinenmergeln von Siegelssdorf im Lavanthale.
34. Egeling, G.: Lichenologische Notizen zur Flora der Mark Brandenburg. S. A.
29. Wiesbaden. Nassauischer Verein für Naturkunde. Jahrbücher, Jahrg. 33 u. 34. 1880/81.
30. Danzig. Westpreussisches Provinzial-Museum. Bericht über die Verwaltung der naturhistorischen und archäologischen Sammlungen für d. J. 1881.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1882

Band/Volume: [65](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 291-306](#)